UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

XIV. Christus in agonia constitutus confortatur ab Angelo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68313

Visual Library

eum. Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Verſ. 43. 44. *Et venit iterum, & inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt, & orauit tertiò eundem ſermonem, dicens.* Verſ. 45. *Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis: Dormite iam, & requieſcite: ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.* Similia Marc. 14. 37. 38. 39. 40. 41. 42. Et Luc. 22. 45. 46.

CAPVT XIV.

Chriſtus in agonia conſtitutus, confortatur ab angelo.

FIGVRAE. 1. Angelus Domini adeſt ſacrificanti Abrahæ. Geneſ. 22. 11. *Et ecce angelus Domini de cælo clamauit, dicens: Abraham, Abraham. Qui reſpondit: adſum.*

2. Idem adeſt Moyſi educturo filios Iſraël ex Aegypto. Exod. 3. 2.

3. Similiter Ioſue in pugna ſua. Ioſ. 5. 13. 14. *Cùm autem eſſet Ioſue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum ſtantem contra ſe, euaginatum tenentem gladium, perrexitq́; ad eum, & ait: Noſter es, an aduerſariorum? Qui reſpondit. Nequaquam: ſed ſum princeps exercitus Domini, & nunc venio.*

4. Similiter Gedeoni. Iud. 6. 11. 12.

5. Præcedit etiam Iudam Machabæũ pugnaturũ contra Lyſiam. 2. Mach. 11. 8. 9. *Cumq́; pariter*

prompto animo procederent , Ieroſolymis apparuit precedens eos eques in veſte candida, armis aureis haſtam vibrans. Tunc omnes ſimul benedixerunt miſericordem Dominum, & conualuerunt animis, non ſolùm homines, ſed & beſtias ferociſſimas, ſi muros ferreos penetrare parati.

PROPHETIAE. Pſalm. 8. 6. 7. *Minuiſti eum paulò minùs ab angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.*

VERITAS. Luc. 22. 43. *Apparuit autem illi angelus de cælo confortans eum. Et factus in agonia, prolixiùs orabat.* Hebr. 2. 7. *Minuiſti eum paulo minùs ab angelis: gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.* Verſ. 17. *Vndè debuit per omnia fratribus ſimilari vt miſericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi.*

CAPVT XV.

Chriſtus in agonia prolixiùs orat.

PROPHETIA. Eccl. 4. 33. *Pro iuſtitia agonizare pro anima tua , & vſque ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.*

VERITAS. Luc. 22. 43. *Apparuit autem illi angelus de cælo confortans eum. Et factus in agonia prolixiùs orabat.* 1. Corint. 9. 25. *Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.* 1. Tim.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN